

Vobis ( sed causa est, quia Phœbi munera nostis )

Phœbēum asseſsum condecorare placet.

Credite SEMIDEI, non tanti oblivio facti

Me capiet: turpe est non meminisse boni.

Ut Musæ exultant? ut doctus ridet Apollo?

Festa quod hæc ornet tam GENEROSA Cohors!

Sancta Trias, ter-santa Trias vos ditet ab axe,

Sentiat ut vestram patrius orbis opem.

Non minus & vestrūm, quem laudo, agnosco Favorem,

Agnosco, & gratamente animoq; colo,

Magnifice ô RECTOR, spectabilis arte DECANE,

Omniaq; ARGYROPES Publica membra SCHOLE

Me puerum ad Pindi duxistis culmina primi:

Per vos ad Musas m̄i via strata fuit.

Artibus ingenuis animum informasti amicè,

Cùm mihi Barbaries bella moveret iners.

Nunc etiam vobis placet hanc spectare Corollam:

Quod vestri in memet pignus amoris erit.

Ecquid vos reliqui, quos præsens Concio claudit;

Quos amo, quos veneror, quos mea corda pu-

Et Pietate graves & Nobilitate corusci, (tē,

Et varijs Mentis dotibus egregij?

Dicite, quī merui, quod me foveatis amore,

Quod numero ingenti scamna repleta crepent?

Proh! quid non vobis protali debeo honore?

Illi quid facto gratius esse potest?

At tu Summe Deus, cœli terræq; Monarcha,

Quo te cantabo Carmine, Summe Deus.

Summe Deus, sumas animum pro carmine gratū;

Nil possum ulterius tradere, Summe Deus?

Summe

vidov